

SCRIPTA

Numéro Scripta : =5424

Auteur(s) : Guillaume des Moutiers, écuyer, fils du chevalier Guillaume des Moutiers [autre]

Bénéficiaire(s) : Coutances (chapitre cathédral)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1265, août

Action juridique : vente

Langue du texte : latin

Analyse

Guillaume des Moutiers, écuyer, fils de Guillaume des Moutiers, chevalier, vend au chapitre de Coutances pour soixante livres tournois des terres, des rentes et des prés sur les paroisses de Hauteville-Bocage et d'Orglandes.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Fontanel Julie, *Le cartulaire du chapitre cathédral de Coutances*, Saint-Lô, Archives départementales de la Manche (Sources inédites sur l'histoire du département de la Manche ; 1), 2003, n° 189, p. 320-321.

Texte établi d'après a

Notum sit omnibus presentibus et futuris quod ego Guillelmus de Monasteriis, scutifer, filius quondam Guillelmi de Monasteriis militis defuncti, vendidi et concessi et omnino in perpetuum dimisi canonicis ecclesie Beate Marie Constantiensis pro sexaginta libris tur. quos propter hoc ab eis recepi, scilicet terras mobiles si que fuerint, redditus et prata que habebam et possidebam in parrochia de Hautevila et Orglandre, videlicet duos solidos tur. quos Adam Bertram michi debebat et reddebat annuatim ad festum sancti Pauli, tres panes de tribus tur., duas gallinas ad Natale Domini et viginti ova ad Pascha ; item duos solidos tur. quos michi debebat Julianus de Mara ad dictum festum, tres panes, duas gallinas et viginti ova ; item tres solidos tur. quos michi debebat Thomas Chopin ad dictum festum, quinque panes, tres gallinas et triginta ova ; item triginta sex solidos tur. et quatuor denarios quos michi debebat Thomas Juliani de Hautevilla ad dictum festum, tredecim panes, decem gallinas, quadraginta et septem ova cum homagio suo et omni alia re quam michi deberi poterat ; item quatuor solidos tur. quos michi debebat Ricardus de Mara ad dictum festum, tres panes, duas gallinas et viginti ova ; item quatuor quarteria et dimidium avene que michi debebat Ricardus Tardif ad mensuram de Nigelli Humo ad festum sancti Michaelis, tres panes et duas gallinas ; item quinque quarteria avene ad parvam mensuram que michi debebat Petrus le Blanc et duas gallinas ; item duos bussellos et dimidium frumenti ad parvam mensuram quos michi debebat Andreas Cornart ad dictum festum ; item duo quarteria advene ad parvam mensuram que michi debebat Julianus le Loutre, duos panes, unam gallinam ; item decem et novem bussellos avene ad parvam mensuram quos michi debebat Petrus de Mara ad dictum festum, duos panes, duas gallinas et viginti ova ; item totum pratum meum quod situm est in parrochiis de Hautevilla et de Orglandriis, continens quinque virgatas et terciam partem unius virgate inter pratum Thome Juliani et inter roseriam Thome de Sancto Germano. Hec autem predicta [...] percipient et habebunt in perpetuum decetero canonici predictae ecclesie libere, pacifice et quiete per manus predictorum hominum et heredum ipsorum quos ad [hoc] eisdem canonicis attornavi et omnino dimisi cum homagiis suis et cum omni alio jure quod ego seu heredes mei habere poteramus in eorum tenementis de quibus debebant michi redditus supradictos sine reclamacione et contradictione aliqua decetero mei et heredum meorum. Juravi eciam supra sacrosancta evangelia et tenemur ego et heredes mei canonicis predictae ecclesie in perpetuum dictum pratum et hec omnia alia predicta garantizare et deliberare contra

omnes bona fide et de residuo feodi nostri deservire penitus et acquictare annuatim vel alibi in proprio hereditagio nostro valore ad valorem eis excambiare teneremur et forte garantizare non possemus. In cujus rei testimonium perpetuum et munimen presentem actum sigilli mei muminime roboravi. Actum est hoc anno graciae M° CC° sexagesimo quinto, mense augusti, salvo tribus auxiliis Normannie comitatis.